
EXEMPLA
S. SCRIPTURÆ



[illegible]EPIA
[illegible]
[illegible]RIPTURÆ

Tractatus colloquii peccatoris et crucifixi Jhesu christi.







Incipit colloquium peccatoris et crucifixi Jesu christi Peccator.

Ignosce rogo benignissime dñe iesu xpe indignissimo ꝛ infelici tecū atq̄ de te aliquātulū volēti loq̄ seruo. ¶ Crucifixus. ¶ Quis eñi es tu? ¶ Pctōr. Homo pctōr qui in diuersoꝝ pctōꝝ miserias ac feditates/infelix ac p̄ceps rui ī eternas miserias tristiciasq̄ decurso vite p̄ntis articlo/multo infelicius ruiturus ¶ Crucifixus ¶ Hāc ruinā horrendā ne timeas. si tm̄ de pctīs ꝯmissis ve volueris penitere. ꝛ a pctīs de cetero abstinere. Ego nāq̄ deliciosissimus mea beatitudine descēdi a regali solio sublimis glīe mee/in imēsos dolores quos spōtanee in carne. in mēte. in mēbris. ꝛ sēsibus sustinui. vt te ab eterna tristicia inferni liberarem/atq̄ ꝑpetuā celi leticiā donarē. De tuis itaq̄ ne dubites offēsis obliuiscar ego oīz. dūmō tu malarū volūtatū ꝛ male cōsuetudinis obliuisci velis. Obliuiscar inquā. ꝛ delebo iniq̄tatē tuā. ꝛ quātū distat ortus ab occidēte longe faciā a te. et a pctō tuo mūdabo te. nec desinā/donec sūmū illud impleuero: vt vbi habūdauit pctm̄. sup̄habūdet et gr̄a. Volo āt amari/volo de me sperari/volo cū

gemitibus orari et lachrymis. nulla melodia mi chi suauior est. ¶ Peccator. ¶ O crucifixe Jesu/ scio qr carior sũ tibi ego/ q̃ michiipsi. Tibi enim sp sũ carus qui vt scriptũ est/ diligis oĩa que sunt. et nichil odisti eoꝝ que fecisti. At non vtri bi sp/ sic et sibimet carus est homo. qr qui diligit iniquitatẽ/ odit aĩam suam. ¶ Crucifixus

¶ Hoc continuis doloribus totius vite mee crucifixe ostendi. Siquidẽ crucẽ passionis mee invte ro matris accepi/ et continuo ipsã baiulaui corde et eã firmaui multa austeritate in corpore Unde ad ostendẽdam immensitatẽ dolorũ anime mee instanti finali passione mea oĩbus membris meis sãguinem sudare volui. et illud quod latuit intra me crucifixionis secretũ/ ab vtero matris mee: si gnis sensibilibus/ meis fidelibus reuelare. quod maxime imminente mortis mee transitu decens fuit. ¶ Peccator ¶ Attende bone ihesu in sudore isto sãguineo/ quo tinctus ⁊ rubricatus oĩbus mẽbris tuis fuisti q̃ benedicta aĩa tua tota passa fuit. qr ipa est in qualibet pte corporis tota et etiã ipsius corporis vita. Sed indica michi q̃d reposcis a me/ pro tanto dolore pro me continue portato? ¶ Crucifixus ¶ Solũ me rediligere Idcirco nanq̧ sustinui meam passionem vt emerem tuam dilectionem. ¶ Peccator.

Plane dignissime deus qui amaris. qr bonus es

in te. Et nemo bonus nisi solus deus. Et quia dominus es liberans a diaboli potestate et serui=tute. Et quia deus es peccata dimittens: que ne mo dimittit nisi solus deus. Et quia diligentes te diligis. Unde dicis. Ego diligētes me diligo Et quia exaudis rogantes. Unde dicit quidam Dilexi/ quoniam exaudiet dominus: Tu quoque vt fax charitatis in mundū veniens/ pro incensio ne et inflammatione frigidorum et tepidorum di xisti. Ego veni vt vitam habeant. scilicet gratie in presenti. et habūdantius habeant scilicet glo rie in futuro. ¶ Crucifixus ¶ Certe nichil est quod sic accendat ignem diuinum in corde tu o/ quam iugis consideratio et ruminatio huius verbi mei. Ego veni vt vitam habeant et habundanti us habeant. Et illius huic similis. Sic deus di=lexit mundum vt filium suum vnigenitum daret.

¶ Peccator ¶ Uere miser et mi e rabilis est/ in cuius corde ignis amoris non accē ditur/ cū considerat ista in quibus summe appa ruit charitas dei. Sed o vnigenite dei/ nō patia=ris cor meum tam graui gellicidio constrictum quin potius te miserante/ in recordatione isto=rum verborum tuorum/ ad instar niuis ad solem feruidum liquefactus dicere possum cum regio propheta. Factū est cor meū tanquam cera liquescēs.

¶ Crucifixus. ¶ Sumebat humana impietas ante passionem meam occasioēm ingratitudinis Dicebat enim homo creatus/ sed nondum redēptus. Nō amplius teneor deo q̄ cetere creature Dixit enim et factus sum. Non plus in me q̄ in aliquo brutorum animalium laborauit. Sed iam obstructum est os loquentium iniqua. et iā nō est ingratitudini locus. Plus enim laboraui in sola redemptione hominis/ q̄ in tota mundi fabrica. Factus namq3 de domino seruus. de diuite paup de immortali mortalis. de verbo caro. de filio dei filius hominis. sustinui obprobria exprobrantiū passus sum insidiatores in factis. contradictores in verbis illusores in angustijs. necessitates carnis horrorem mortis. ignominiā crucis. ¶ Peccator. ¶ O q̄ stupenda dilectio Quid retribuam domino pro oībus doloribus suis ¶ Crucifixus ¶ Si recolas quāta sustinuerim pro te dominus maiestatis/ filius dei 7 si millies te dare posses ad mortē: non sufficeres tamen ad paria respōdere Estimatio namq3 tanti beneficij/ compensationis vicem non recipit. ¶ Peccator ¶ Ut scias quantum debeo tibi domino glorie/ qui pro me animam tuam in morte conclusisti/ vt beatitudine fruerer quam nec oculus vidit/ nec auris audiuit. enumera michi obsecro rationes que tam angustiosissimā penā continue in anima

tua sanctissima causabant. Dixisti enim iam q̄ in vtero bñdicte matris/crucem tue passionis acce pisti eamq̄ꝫ continue portasti. ¶ Crucifixus. ¶ Ut valeas per dilectionem et compassionem esse acceptum dei holocaustum/totum igne charitatis incensum. consumptis et deuoratis omni rubigine et scoria peccati: considera diligenter corde viuaci q̄ ego duplex martirium passus sum Unum in corpore. Aliud in anima siue in spiritu meo. ¶ Circa martirium meum corporale attende/ q̄ nunq̄ fuit alicuius martiris passio tam dura/tam penalis/ que potuerit mee passioni comparari/quod tibi probare volo ex auctoritate/ex signo/ex ratione. ¶ Primo ex auctoritate Nam ego ipse exclamans de dolorum meorum magnitudine dixi O vos omnes qui transitis per viam/ attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. quasi dicerē non ¶ Secundo ex signo. Quia nunq̄ sunt visa tot signa in martyrio alterius/quot in passione mea/duriciam et penalitatem eius ostendentia. scilicet. q̄ sol obscuratus est. terra mota est. ꝛc. ac si lamentosis clamoribus sensum pie compassionis acciperēt. me dei filium in cruce deplorantes Non enim ferre poterat creatura iniuriā creatoris. In qua arguuntur corda maligna que nolunt ad compassionē scindi. nec de morte mea

pietate molliri. ¶ Tertio probo tibi amaritudinem mee passionis ex ratione. Quia mea complexio nobilissima fuit, tum ratione incorruptionis carnis tum etiam ex qualitatum elementarium proportionabilissima vnione vel permixtione Ego eniz carnem incorruptam assumpsi in virgine, propter immunitatem om̄is peccati originalis. id est inordinate concupiscētie. Tali autem complexioni conuenit ⁊ speciositas pulchritudinis: et robur fortitudinis Quia ergo quāto elementorum ⁊ qualitatum ex quibus componitur et cōplectitur homo ꝓportionabilior est vnio tanto eorumdem difficilior et violentior est dissolutio. Hinc patet ꝙ mei corporis et anime separatio, inter ceteras mortes penalior fuit. Caro quoqꝫ mea beatissima, quāto ab omni peccati labe sincerior fuit. tanto vtiqꝫ passibilior extitit ad tormenta. ¶ Circa martirium vero meū spirituale quod passus sum in anima scire debes sicut tibi predixi, ꝙ illud incepit in me cuz primo conceptus in vtero matris extiti, et anima corpori infusa fuit et durauit absqꝫ interuallo triginta tribus cum dimidio annis. quousqꝫ in cruce anima a corpore separabatur. Et ideo adhuc in vtero matris constitutus martir fui Nunꝙ ergo vel ad vnicum momētum absqꝫ acerbissimo martirio mei spiritus fui. Quoniā quicquid in nocte dum

capiebar/et in die sequēti dum occidebar passus sum illusionis. vituperationis. conspuicionis. spinee coronationis. amare potationis fellee. cōclauationis et extensionis in cruce. &c. hoc totaliter et oīno antea sanctissima aīa mea sustinuit. Maxime aūt attendere debes q excessiuū obiectū dolorū meorū fuerūt angustiosissima iacula virginis benedicte matris mee. que respectu oīz doloꝝ meoꝝ in charitate pfecta quātū decebat statū materne excellentie. tantum doluit de omnibus meis quantum dolere debuit talis mulier. Et omnes dolores matris mee continue mētem meam sagittabant. Unde crux materna nouam crucem michi tribuebat. ¶ Aliud obiectū cōtinui doloris mei fuerūt omnia martiria que vnq̄ fuerunt facta vel inferenda aliquibus electis meis pro me. Unde in veritate tibi dico q omes penas illas quas ab Adam vsq ad nouissimum hominum qui in fine seculi nascetur/quilibet homo tam in corpore q̄ in anima passurus erat et erit. tristicias. tribulationes. persecutiones. et miserias. Has omnes ego semper patiebar in anima mea plenissime. et ex compassione plus me ledebant et acriorem dolorem ingerebant. q̄ cuilibet seorsum sua pena corporalis cum ipm actualiter pateretur. Et huius sunt due cause testimonium veritatis perhibētes. Una est. quia ego in

cetero speculo mee diuinitatis omnia creata et creanda. preterita. presentia. et futura. semper presencialiter contemplabar. Et ergo in primo instanti infusionis anime mee in corpus/ incepi semper videre quousqꝫ spiritum in cruce emiserim oīs penas michi futuras. et quicquid oīs electi ab origine mundi vnq̄ passi fuerant et qui adhuc nascituri erāt vsqꝫ ad finē seculi pati deberent. hoc totū ego patiebar in inferioribus anime mee viribus. Et de quolibet specialiter magis et grauius torquebar in spiritu meo. q̄ quilibet in suo proprio corpore tēpore quo cruciebatur seu patiebatur. ¶ Alia causa que tantam penaꝫ in spiritu meo causabat. erat superfluens amor. Nā amor generat tristiciā ꝛ dolorē in spiritu. qꝛ de quanto amor tuus erga me fuerit intensior ꝛ maior pro tāto magis cruciatur anima tua ex mea passione et morte. Et qꝛ ego te ꝛ oēm hominē sēper plus incōparabiliter amaui/ q̄ aliqs seipsū amare possit. ideo maiorem in spiritu meo sustinui penā de omni illo qd̄ vnq̄ aliquis in terris passus fuit. aut passurus erat ꝛ erit vsqꝫ ad finem mūdi. Scis q̄ cū paulus consensit neci et lapidationi stephani et persequebatur christianos dixit illi. Saule quid me persequeris. Et tn̄ in ꝓpria ꝑsōa me nō ꝑsequebatur: sꝫ in ꝑsonis meoꝝ dilectoꝝ amicoꝝ. Qꝛ quicq̄d meis amicis boni

aut mali fit mihi fit. Et hoc prouenit ex maximo
amore quē ad hoīes habeo. Sic ergo ꝯsiderare
potes propter q̇d passio mea excellebat in penis
passiones oīz q̄ vnq̄ passi sūt vel patiētur. qꝛ ego
patiebar in corpore et in aīa: et absq̄ culpa et in
natura delicata. et tāto tēpore. vz. trigintatribus
annis patiebar in spū meo ꝓpriū martiriū ꝛ oīm
electoꝝ. Laurētius vna nocte assatus fuit in cra
ticula Bartholomeus vna die excoriatus. kathe
rina vna hora rotata. ꝛc. Hec oīa nūq̄ aliquem
eoꝝ tm̄ ledebāt in ꝓprio corpore. sicut me cruci
abāt in aīa mea: trigintatribus ānis. Un̄ ysa. Ue
re lāguores nr̄os ipse tulit. et dolores nr̄os ipse
portauit. Et ideo nūq̄ ridere potui. sz sepius fle
ui. ꝛ apparui q̄si. l. ānoꝝ / cū vix essē trigita ānoꝝ
qđ accidit ꝓpter mesticiā cōtinuā quā incessāter
portaui de passione mea futura. ꝛ electoꝝ meoꝝ
quā spe clare cōspexi. et penose ꝑtuli in imagina-
tiua vi. Un̄ sepe patri dicebam. Multi gemitus
mei: et cor meū merēs. Tibi quoq̄ vt cōpassione
et dilectione erga me mouearis / dico Quoniam
defecit in dolore vita mea ꝛ āni mei in gemitibus

❡ Peccator. ¶ O bone ihesu certe
sicut audiui et intellexi. abyssum angustiarum ꝛ
tristiciarū aīe tue sctissime dolorūq̄ ꝛ passionū
corpis tui. nulla mēs sufficiēter cogitare sufficit.
Sed questio profundissima animū meū pulsat. s.

quō anime tue benedicte tristicia. pena aut dolor accidere poterat/cū ipsa sp in sūma delectacione erat ex contemplatione diuinitatis que tā amabilis est ad cōtēplandū. q si dānati in īferuo ɔtēplari possēt amabilē vultū dei sicut bti spūs in regno celoꝝ. a nullo dolore vel tristicia possēt torqueri siue ex igne infernali. siue ex aspectu demonum.

¶ Crucifixus. ¶ Uerum est q pura ⁊ beata aīa mea fuit glorificata q̄uis corpus meum esset mortale. Aīa em̄ mea ab instāti cōceptionis sue. et postea sēp/ etiā in cruce/et in limbo inferni ita gloriosa et in tanta leticia et delectatione fm vires superiores fuit. sicut hodie est in celo sedens ad dexterā dei patris. Sed in viribus inferioribus/hoc est in ymaginatiua estimatiua et alijs viribus inferioribus/fuit in cōtinua et perseueranti tristicia ⁊ dolore ex causis predictis. Sed istud nō potuit esse p naturā q in vna ⁊ eadē aīa simul ⁊ semel/starēt tāta letitia ⁊ tāta tristicia. sꝫ erat miraculose. qꝛ scdm cursum nature leticia et delectatio expellūt tristiciā et dolorē. et nō pn̄t simul se cōpati in eadem anima. Et vt ista clarius intelligere possis. scire te volo q fōs ⁊ origo oīꝫ dolorū meoꝝ/fuit illa summa ⁊ ineffabilis dispēsatio diuina qua prohibituꝫ fuit in me ne influxus glorie et fruitionis qui erant in viribus supioribus anime mee. redundarent in inferiores qꝛ aliter

nullum dolorem sensisset. Sed quia iste influxus dispensabiliter in me prohibitus fuit. ideo simul perfecte fruebar s̄m vires superiores ꝛ perfecte patiebar/ ꝛ vehementissime affligebar s̄m vires inferiores. Et sic miraculose paterna potētia cō iūxit sūmū dolorem/ summe suauitati/et sūmam ptātem summe infirmitati. Quia ꝙ iste influxus in me prohibitus fuit vtiqꝫ preter naturalem cursum fuit. Nam naturale est s̄m cursum nature ꝙ vires superiores redundent in inferiores. ꝛ inferiores imprimantur in superiores. Et quāto ista dispēsatio mirabilior/tāto in me acutior ꝛ itēsior fuit dolor. Scias etiā ꝙ naturam meā seruaui in robore in passione mea vsqꝫ ad vltimum instans mortis. Ex quo seqtur ꝙ dolorosius passus fui.

¶ Peccator ¶ Dignus plane est morte/qui tibi dn̄e ihesu recusat viuere q̄ vitā tuā posuisti pro nobis. et viuens mortuus est. qui ad memoriā tue cōtinue acerbissime passiōis qui crucifixionem tuā non representans/ stigmata tua nō portat in corpore suo per asperitatē penitētie. et in ara cordis sui seip̄m tibi nō crucifigit sibi crucē reprimendarum carnaliū voluptatū faciēdo.

¶ Crucifixus ¶ Qui vult venire post me. abneget semetipsum et tollat crucem suam quotidie et sequatur me. ¶ Peccator ¶ O Jhesu dei virtus ꝛ dei sapia da mihi intellectum

verborum illorum. ℭ Crucifixus. ¶ Jn his verbis meis/ tria proposui homini rationali facto ad imaginem dei scilicet seruitutẽ vilitatem asperitatẽ. Jn abnegatione sui seruitus. in baiulatione crucis/ vilitas. in imitatione mei. asperitas designat. Ut qui per in obediẽtiam de statu trine felicitatis ceciderat. humiliatus afflictione trine miserie per obediẽciaꝫ resurgat. Ceciderat enim a seipo a societate angelorum a visione dei. Jd est a libertate/ dignitate/ beatitudine Audiat ergo consilium meum vt abnegando seipsum. i. propriam voluntatem. recuperet sui libertatem tollendo crucem suã. i. eligendo ab alijs contẽni et vilipendi. recuperet societatem angłorum. sequendo me. i. passionis mee imitando vestigia. ꝑ castigationẽ carnis sue recuperet claritatis mee visionem. ℭ Peccator. ¶ Uere dignũ et iustũ est. immo necessarium. vt compatiantur qui volunt conregnare vt te imitentur qui te frui volũt ℭ Crucifixus. ¶ Felix hec proprij oris tui sñia Felix terqꝫ quaterqꝫ felix qui sẽper recogitat ꝙ angusta et ardua/ ꝙ amara et aspera est via que ducit ad vitam. qñ oportuit me pati/ vt intrarem in gloriã meam. Si propriam głiam sic emi: quis eam omnino gratis habebit. Non est igitur alia via qua peruenitur ad premiũ celeste nisi ꝑ labores et afflictiones. Diues ille qui se nõ castigauit

laboribus penitencie in seculo. in penis est apud inferos. Pauper vero dolore et labore vite huius miserabilis. coronam acquisiuit glie eterne. ℂ Peccator. ¶ Ue mihi qui dulcedini carnaliũ delectationũ illicior. et vanitate gaudiorum secularium decipior. qui te imitari deberem. quẽ sepe doluisse et plorasse legi. exultasse spiritu semel Maria mater tua virginea semel exultauit in cãtico O quotiens animam eius doloris gladius ꝑtransijt Johannes exemplar et preco penitentie exultauit semel in vtero. qui multotiẽs bene creditur lamẽtat⁹ fuisse. ℂ Crucifix⁹ ¶ Ego pẽdẽs in cruce nulli paradisũ promisi nisi existẽti in cruce In cruce existunt qui carnem suã crucifigunt cum vicijs et concupiscẽtijs. In cruce etiã oraui solum pro negligẽter peccantibus. non pro peccantibus scienter. Quãdiu eñ sic sunt/ extra amplexum crucifixi sunt. qui expansis in cruce manibus/ amplexabar omnes pro quibus patiebar Si ergo vis post me ascendere et mecum regnare in celo. oportet vt me sequaris per viã crucis. ꝑ quã ego intraui in gliam meam. Nõ speres meliorem viam/ qua ego precessi sequaris. si enim a vestigio meo oberraueris. peribis. Attẽde diligenter vt scias qua via in celum ascendere possis Ego namqz in mundum veniens. descendi per scalam habentẽ tres gradus scilicet humilitatis

Unde legitur de me. Inuenietis infantem Pau-
pertatis. quia sequitur ibidē. Pānis inuolutum
Et acerbitatis. qꝛ subditur. Jacentem p̄sepio
Et per illos gradus postea redij in celum. Hos
gradus innuit apostolus meus inclitus Paulus
ita scribens de me. Exinaniuit semetipsum.ecce
gradus paupertatis. formā serui accipiens.ecce
gradus humilitatis. factus obediēs vsqꝫ ad mor
tem. ecce gradus acerbitatis Sed quo duxit me
ista scala trium graduum. Audi quod sequitur.
Propter quod et deus illum exaltauit. et dedit
illi nomen quod est super omne nomen. Stulti
ergo ⁊ insani sunt qui per scalam contrarios gra
dus habentem ascendere volunt post me in celū
scꝫ per diuitias. delicias. et honores. Hec enim
ducit ad infernum. sicut prima in celum.

¶ Peccator ¶ Magna abusio est seruum epu
lari et quiescere/ domino suo patiēte ⁊ laborāte

¶ Crucifixus. ¶ Qui deuote eam
recolit passionem erubescit sequi corporis volu-
ptatem. Mee crucifixionis memoria/ omnia cru
ciat vitia. Jn penis passiones mee: omēs delicie
carnis et mundi contemnantur. quas si absqꝫ la
bore vincere volueris: debes passionem meam
deuote recolere. et in ea suauissime delectando
vulneribus meis medullitus inherere. ymmo si
diabolo qui singulariter religiosos persequitur.

vis nocere et resistere. eumq; a tuis infestationi-
bus cohercere debes passionē meā quotidie de-
uote recolere. Sed necesse est vt mee crucifixio-
nis exemplum ac similitudinem suis imprimant
moribus qui crucis mee signū ad munimē sui im
primūt frontibus. et illius viuant lege. cuius ar
mantur fide. Alioquin fallaciter caracterē regis
gestat cuius preceptū nō obseruat. Nec recte illi
us se tuetur signo/cuius non paret imperio.
¶ Peccator ¶ O pie iesu auditui meo dare di-
gneris ampliorē leticiā. enumerando michi indi
gnissimo peccatori ceteras vtilitates et fructus
proueniētes ex quotidiana rememoratione tue
sacratissime passionis. ¶ Crucifixus ¶ Mortis
mee memoria in altari mentis tue per quotidia-
nā ruminationē eius ardere debet propter mlta
¶ Primo q2 nichil gratius michi facere potes/
q̄ in mea sacratissima passione exercere cor tuū-
cū amore. cōpassione. veneratione. et imitatione
De quo nō est tibi dubiū certificato pluribus sa-
cre scripture auctoritatibus. Ego aūt amoneo
te meū penosum amorem ⁊ amorosam penam in
anima tua sigillare/michiq; gratias agere dicēs.
Pone me vt signaculū super cor tuū. Ac si dice-
rem Ama me sicut amo te. Memento non soluz
quanta tibi fecerim sed q̄ dura/q̄ indigna pro te
pertulerim. et vide si non inique agis contra me

si non amas me. Quis enim te amat sicut ego?
Quis a te sic amari desiderat sicut ego? Proinde
pone me vt signaculū sup cor tuū/vt me tota tua
virtute diligas. Super brachiū tuū/vt que mihi
placita sunt tota dilectione perficias Super cor
tuum/vt omne quod carum est postponas, et me
semper superponas. et me semper plus diligas.
¶ Secundo passionem meā iugiter recolere de=
bes. q2 per eam habes manuductionem ad amo
rem diuinum. Per passionem enim meam osten
di tibi quantitatem dilectionis mee. Amor enim
meretur reamationē. Intellige que dico. Nolui
hoīem redimere prece. quia sic homo hominem
frequenter de captiuitate liberat. Item nec pre=
cio auri et argēti. q2 sic oues et boues redimūtur
Sed precio sanguinis mei. vt in rei empte precio
mea perpenderetur dilectio. Ne ergo paruipen
das dignitatem tuam/cōsidera frequēter preciū
tuum. Si auro vel argento hoīem redemissem.
posset putari q̄ diuicijs temporalibus cōparabi
lis esset humana anima. Illud quod redimitur p̄
ciosius est q̄ illud per quod redimitur. Ergo pre
ciosior est anima tua sanguine meo. ¶ Tertio
propter deuotiōis excitamentum. Vn̄ sampson
inuenit fauū mellis in ore leonis mortui. Leo de
tribu iuda ego sum in cuius morte fauus deuoti=
onis inuenitur ex quo spiritus hoīs recreatur

O si attente cogitares: quomō in cruce os meum apparuit ad instar seminiui apertū ꝛ lingua mea sanguinolenta etiā si ferreū cor haberes/liquaretur cōpassione et deuotiōe. ¶ Quartus fructus memorie mee passionis est qꝛ i in ea inuenitur tutela defensionis cōtra inimicos. Vn̄ apl's meus petrus. Cristo passo ꝛ vos eadem cogitatione armamini. Et ysaias. Ingredere in petram Sicut miles qui non posset resistere in cāpo. cōfugit in castra. Deniqꝫ nichil proficiet inimicus in eo quē quotidianum exercitium mee passionis delectat ¶ Quintus qꝛ nullo alio exercitio homo tm̄ ditatur meritis. Nā fūdamentū oīs grē ꝛ radix meriti ꝯsistit in dolore cordis ꝛ corporis crucis mee Propter quod electus meus apl's ait. Nihil iudicaui me sciē nisi ihm̄ xp̄m ꝛ hūc crucifixū. Et deuotus filius benedicte matris mee. Bernardus. Sūma philosophia mea inquit est scire xp̄m iesū et hunc crucifixū. Sed dolere deberes qꝛ multi sūt inimici crucis mee. Nā voluptatū amatores mei sunt persecutores. Rei sūt mortis mee. non sicut auctores vel fautores: sed sicut mortis mee contēptores. qui meritū passionis mee in se euacuant. qui celesti bn̄dictione ꝛ ineffabili glīa indignos se faciunt. Qui in delicijs agētes misteriū passionis mee irrident. qui me filiū dei conculcāt et spūi gratie contumeliā faciunt. Vita carnalis

dei iniuria est. crucis mee exprobratio. et in toti
us trinitatis cōtumeliaz redūdat. ¶ Sextus
est laborū et dolorū occurrētium in via penitēcie
et vita religiōis alleuiatio. Deuotus nāq̧ miles
non sentit sua/cū benigni ducis vulnera intuetur
Ego āt omnia bona terrena contēpsi. vt ea con-
tēnenda monstrarem. Et omia aduersa sustinui,
vt ea sustinenda docerem. ¶ Septimus est car-
naliū desideriorum extinctio. Uisa nāq̧ mea pas
siōe. marcessit quicquid est carnale. ¶ Octauus
est excitamentū cōpūctionis et pnie de peccatis
Quis em̄ non sūme doleat. recolens ꝙ pctā sua
deo patri tam odiosa fuerūt. ꝙ pro ipsis delēdis
dilectum filium suum voluit crucifigi et mori.
¶ Nonus est bone spei et fiducie generatio. Nā
in cruce mea habet peccator refugiū sicut homi-
cida ad cimiterium. Nichil tam ad mortem quod
non morte mea sanetur. Sentenciam tui eterni
supplicij mutaui in crucifixionem corporis mei.
Nā ego in sentencia quā pylatus cōtra me dedit.
in me oīm pctōrum assumens personam. ad expi
anda eorum peccata in quibus diu laborauerant
pro omibus peccatoribus adiudicatus sū morti.
¶ Peccator. ¶ Intendo ⁊ contēplor in his q̄
dicis ihesu bone ꝙ licet hec sententia fuerit in te
multum peruersa ⁊ ideo execrabilis qr nullam
ptātem habet homo super deū reus super iustuz

quantum tamen ad nos. fuit multipliciter vtil' et proficua. et ideo amabil' et venerabil'. q2 sētētiā pro pctō primo hoī datā totaliter reuocauit. Nā lata fuit snīa exclusionis dolorose Unū scriptū est Emisit eū dn̄s de paradiso voluptatis. et posuit angelū ad custodiendum viā ligni vite. Sed felix et honoranda snīa tua q2 exulem reuocauit dum hac sententia filius pro seruo a colonis vinee legis moysaice cū iniuria extra hereditatem eijcit Unde aplus inquit. Jhesus vt sanctificaret nos extra portam passus est. Et bene extra vt nos reduceret intra habemus enim introitum per sanguinem suum. Sed rogo intimo cordis affectu piissime ihesu per illos dolores quibus tanq̄ sagittis acutissimis percussum est dulcissimū cor tuum. et virginis matris tue benedicte ex auditu illius sentencie tue damnationis vt liberari merear in hora mortis mee. et in die extremi iudicij a verbo aspero sentēcie damnationis eterne. qua reprobis es intonaturus. Discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus est &c.

¶ Crucifixus Felix a cuius memoria suū finale iudicium nunq̄ excidit. vt metu illius vitam suā a prauitate et carnis voluptate cōpescat. Et certe timendum est iuditium in quo sine testibus oīa manifesta erunt. vbi omnium angelorum et sanctorum exercitus circūstabit. cōtremiscetq3 ante

tribunal meum omnis creatura cum metu nimio Quid tunc dicent qui in hoc paruo tempore ne=gligenter et segniter vixerunt. Ego autem pati enter vos expecto et omnes vos ad meum regnū inuito. Rationē exquiram a vobis pro hac negli gētia vestra et dicam vobis. Propter vos incur uatus sum/propter vos in terra conuersatus suz propter vos flagellatus sum/propter vos cōspu tus sum. propter vos in faciem meam palmis ver beratus sum/ propter vos iniuste dānatus sum/ propter vos crucifixus sum/propter vos in ligno suspensus sum/ felle cibatus sum/ et aceto pota=tus sum. vt vos sanctos efficerem. Omnes vos fratres vocaui. patri meo vos obtuli spiritum sā ctum vobis misi. paradisum meum vobis aperui Amplius quid facere debui et non feci vobis vt saluaremini. Dicite michi peccatores: quid passi estis propter me dominatorem vestrum qui tāta pro vobis iustus passus sum. Hec quidem erunt propria illius diei et iudicij. ¶ Peccator


Heu quid ego miserrimus. quid dicam vel quid faciam: dum nil boni perferam ante tm̄ iudicem

¶ Crucifixus ¶ Uitam dum tempus est cor=rige: mores muta. mala temptamenta resistendo vince. perpetrata etiam fletibus puni. Te habe at peccatum tuum hic punitorem/ vt tu me tunc habeas non iudicem sed saluatorem Si hec fide

liter feceris in die illa terribili securus eris Nec te terreat tuorum peccatorum magnitudo. Multo enim magis ego sum miserator/ q̄ tu peccator Tua miseria magna quidem, mea autem misericordia infinita est. Si tu homo peccator es: ego sum agnus dei qui tollit peccata mundi. Qui nō veni vocare iustos sed peccatores. Denique plus in me misericordie et dilectionis reperies/ q̄ sperare auderes et optare.

Explicit dyalogus crucifixi siue Colloquiū peccatoris ꝛ crucifixi Jhesu christi.




cm
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12